

IOANNIS  
CORAS. S. I.  
IURE CONSULTI  
CLARISSIMI, PRIMVM IN  
præcipuis sex Academiis Galliæ, & Italiæ, An-  
degavi, Aurelii, Lutetiæ Parisiorum, Tolosæ, Valentia Allobrogum, &  
Ferrariæ Professoris Publici celeberrimi; deinceps Regii Tolosani  
Senatoris dignissimi, & Cancellarii Navarrae  
præstantissimi, &c.

OPERA QVAE HABERI POSSUNT OMNIA.  
*Collata & indux Tomos distributa; Quorum Prior explicationes ad titulos  
leges Pandectar. Posterior repetitam lectionem Digest. & annota-  
tiones ad aliquos titulos Cod. & Institutionum; item tractatus quosdam, & que-  
dam miscella, epistolicas questiones, Arrestum & Sæta Tolosana,  
dedicatorias etiam Epistolas, & familia continet:*

Nunc denum, postquam diu multumque deside-  
rarentur, ab innumeris mendis, quibus prius scarebant repurgata; alle-  
gationibus deficientibus aucta, & diversitate Charakterum  
variatis in Germaniâ edita;

Cum Summarius, & Indice locupletissimo rerum ac verborum, in calcem  
Tomi secundi reieclo;

OPERA ET STUDIORUM

VALENT. GUIL. FORSTERI

I. V. D.

Premissa sunt Clarissimorum Iureconsultorum de Joanne Corasio testimonia, &  
elenchî titulorum atq; legum cuiq; Tomo prefici.



CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

F. F. T. E. R. E. G. O. M. B.

Sumptibus Clementis Bergeri Bibliopolæ,  
Excudebat Iohann. Schmidt,

ANNO M. DC. III.

Ex purgato & confirmato  
in scriptis alcatheo  
decimo de 1612.



SERENISSIMO, ATQVE ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
CHRISTIANO SECUNDO  
DVCI SAXONIÆ,  
SACRI ROMANI IMPERII

Archimarschallo, & Electori, Landgravio Thuringiæ, Mar-  
chioni Misniz, & Burggravio Magdeburg. &c.  
Domino meo Clementissimo.

Sereniss. Illustriss. Princeps Elector CHRISTIANUS,  
Domine Clementissime,

  
*N QVOVIS ARTIFICE , SI  
quid efficere laude dignum velit , tria viden-  
tur potissimum expeti ; acumen , ratio , quam  
licet appellemus artem , & exercitatio seu  
usus . Illud enim in primis testandum est , ni-  
bil praecepta atq; artes valere , nisi adjuvan-  
te natura : & esse permulta , que nisi quis à  
natura haberet , non multum à magistro ad-  
juvaretur . Quamobrem Crassus ap. Ciceronem , naturam primum  
atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam sentiebat . Nam  
animi atq; ingenij celeres quidam motus esse debent , qui ad excogita-  
endum acuti , & ad explicandum , ornandumq; sint uberes , & ad  
memoriam firmi atq; diuturni . Cui quidem fuit Antonius etiam af-  
fensus : inq; eo vel maxime probavit summum illum doctorem Ala-  
bandensem Apollonium : qui cum mercede doceret , tamen non pa-  
tiebatur eos , quos iudicabat non posse Oratores evadere , operam a-  
pud se se perdere , dimittebatq; , & ad quancunque artem putabat esse  
aptum , ad eam impellere atq; hortari solebat . Recte quidem . Nam  
' quod te natus sum tu dico et tu patris es .  
Ecce nihil invita dices facies ve Minerva .*

*Quemadmodum Fausto preposito Theodor. Cassiodor. de loci cu-  
jusdam nimia sterilitate scripsit : Repugnante natura qualibet cedit  
industria . Sed & doctrina sive ratio , licet inanis & emortua sine  
natura , eiq; per paululum inter ingenium & diligentiam loci reliquum  
sit :*

# COMMENTARI IOANNIS CORASHI TO- LOSATIS IVRECONSULTI IN PAN- DECTARUM TITULUM DE IUSTICIA ET JURE.

## TITUL. L

### S U M M A .

- 1 *Iustitia & finis.*
- 2 *Iustitia & duplex.*
- 3 *Aristides cur iustus dicitur.*
- 4 *Geometrica proportio.*
- 5 *Distributiva iustitia.*
- 6 *Communativa iustitia.*
- 7 *Cyri per verum iudicium.*

## VS Civile tra-

Etatui iurisconsulti de  
iusticia primum dicere pa-  
rant: + quod ea finis sit, & ico-  
nus pugnae civilis: Cic. i. de orato.  
& ad quam praestantissimi quicque philosophi,  
leges omnes meritissimè retulerint. Fruendz  
namque iustitiae causa, & bene morati Reges  
coadunari, & leges quondam promulgatae fure-  
runt. Cic. i. effig. + Porro iusticiam in universalem  
& particularem veteres sapienter diduxerunt.  
*Arist.* p. Ethica Universalis, ut ipsi illi diffini-  
erunt est obedientia omnibus legibus debita, que  
ideò cunctas virtutes complectitur, quantum  
hinc ceteras omnes ancillari dixit Philosophus.  
*Arist.* z. Piat. consenitque noster Julianianos.  
3. i. et om. abe. iude. praeim. v. + Sic Aristides  
Lysimachifilius cogagomen iusti meruit, quod  
omnium honestarum astrium studiosus par-  
vulus semper legibus, & obedientia set. Piat. in  
*Aristide.* Particularis veri iustitiae, qua de nos a-  
gimus, ens virtutum est ab aliis separata, equi-  
litatem conseruans, + vel Geometricum, secun-  
dum gradus & merita personarum, ut que ver-  
satur in premiis decernendis, & cordiandis ma-  
gistris, + que id est Distributiva dicitur, vel  
Arithmetica, in aequali rerum communicatione:  
ut in commerciis, & contracibus, idcirco +  
4 Communativa appellata. Utresque ergo media  
an id est & finis, numerum iustitiae, ac legitime  
in ceteris causis aequalitatis conservatio. Cic. i.  
et om. Sane in distributiva, sumenda est aequa-  
litas Geometrica proportione: ut negligenter  
delicet numerorum calculo, observatisque dili-  
genter personis, rei, loci, ceterisque circumstan-

tis proportionum aequalitas retineatur *aristot.* y.  
Ethica. c. 3. & a. absurdum quippe nimis esse, &  
republica permiciosum, in civitatis administra-  
tione bonis & malis, sapientibus & ignavis tan-  
tudem tribuere. Veluti Scipionem, Catonem  
& alios id genus homines, virtute praecellentes,  
cum sordidis & ignavis summis, pari loco gradu-  
que constituerent. In iustitia vero Communativa  
summi sunt Philosophus Arithmeticanus aequalita-  
rem, ut videlicet proportionum gradusque per-  
sonarum nulla sit ratio, sed res rei simpliciter  
conferatur, *Aristoteles ubi sup.* Quod cum i-  
gnoraret Cyrus adolescentis prepostero iudicio  
fuisse est. + Cum enim prius grandior brevitumica  
indutus, longiore alteri minor eripuisse, da-  
to nihilominus breviore tangunt grandiori  
elongata vestis magis convenire. Cyrus ad cu-  
jus iudicium puerile certamen delaminatus, be-  
ne actum pronunciavit. Perperam ille quidem  
ac protinus a magistro Cyrum iure plegas accep-  
isse, Xenophon auctor est, quod contra legem  
iudicasset, que principit ut summi quisque tenet,  
nemo alter ab altero defraudetur, dimumque af-  
ficiatur. *Xenophon in Cyropaedia.*

## L E X . L

### Vopianus lib. VII. Institutio.

Hui operam daturum, prius a nosc oportet  
unde nomen iutis & descendat. Est  
autem ius à iustitia & appellatum. Nam et  
elegantius Celsus diffinit. Ius est ars & boni  
& aequi, & cuius merito quis nos sacerdo-  
tes / appellat & iusticiam namque colimus,  
g boni & aequi noticiam profitemur:  
aequum ab iniquo separantes, & licitum ab  
illicito discernentes: bonos non solum  
memoriam, & verum etiam præmio-  
rum & quoque exhortatione, efficere cu-  
pientes: veram (nisi fallor) Philosophiam  
& affectantes. (al. affectantes.)

### S U M M A . R E B U M .

- 1 *Etymologia iustus necessarie.*
- 2 *Tribonianus peccatum.*
- 3 *Ius proficiens iuris.*